

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Cothmann

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor, Ad Festivitatem Pentecostes Summa Devotione Celebrandam. Omnes omnium ordinum Cives Academicos, diligenter adhortatur**

Rostochii: Kilius, 1644

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734814011>

Druck Freier  Zugang



R U Progr. 1644

- 1) Progr. contra Bacchanalia
- 2) Joach. Stokmann
- 3) Johannes Stokmann
- 4)
- 5) Johannes Reinstorff



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734814011/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734814011/phys_0002)

DFG

3

RECTOR **34.**  
Universitatis Rostochiensis  
**JOHANNES COTHMAN,**  
S. S. Theologiæ Doctor &  
Professor,

AD

**FESTIVI-  
TATEM PENTE-  
COSTES SUMMA DEVO-  
TIONE CELEBRANDAM.**

**Omnes omnium ordinum  
Cives Academicos, diligen-  
ter adhortatur.**



ROSTOCHII,  
*Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.*  
*ANNO M. DC. XLIV.*

RECTOR  
*Academia Rostochiensis*  
JOHANNES COTHMAN,  
S. S. Theol. D. & P.

**H**odie magna solemnitate, debitaq;  
à piis devotione, festum pentecos-  
tēs celebratur, quo beneficia Spirit.  
S. collatione nobis donata, gratā  
mente meritò recolimus. Quid e-  
nim Christi Nativitas quid gravissima ejus pro-  
peccatis totius mundi passio? quid triumphalis  
illius ad cælos ascensio? quid deniq; omne illud  
quicquid nostri causa fecit? prodeisset? nisi Spi-  
ritus S. hæc omnia in cordibus verorum creden-  
tiū obsignaret, illisq; applicaret. Homines mun-  
dani, gratosâ Spiritus S. inhabitacione destituti,  
non percipiunt ea quæ sunt Spiritus DEI. Sed in  
vanitate cordis obtenebrati ambulant; cum e-  
nim Spiritum S. gratosè inhabitantem non ha-  
beant, nec illa quæ Spiritus S. præcipit, faciunt.  
Quia verò non facile de se aliquis dici patietur,  
cum in ipso Ecclesiæ gremio natus & educatus sit,  
verbum DEI audiat, sacramentis utatur, quod  
gratosâ Spirit. S. inhabitacione careat. Proinde  
talishomo seipsum tentet, an Spir. S. habeat; illud  
verò

verò aliunde fieri nequit, nisi ex propriis factis.  
Conscientia ergò unumquemq; redarguet, num  
Spirit. S. templum sit, an minus. Paulus fructus  
Spiritus exponens illos fitos esse ait, in omni bo-  
nitate, charitate, lenitate, benignitate, fide, justi-  
tia & veritate, Et subjungit: ne inebriemini vino,  
in quo luxus est, sed impleamini Spiritu. Quis-  
quis bonitatem ergà proximum exercet, Chari-  
tatem, lenitatem, justitiam & veritatem sectat-  
ur, sobrietati tanquam omnium virtutum altri-  
ci studet. Ebrietatem omnium vitiorum fo-  
mentum, tanquam ipsum Diabolum fugit, cer-  
tus ille de gratiosâ Spiritus S. in habitatione esse  
potest. Et talis quia Spiritu D e i ducitur, illiusq;  
fructus, operibus demonstrat, verè filius D e i e s t.  
E contra, qui sanguinem humanum temerario  
ausu profundunt. Duella sive intra vel extrà ci-  
vitatem crebrius instituunt, talia imprimis, ubi  
non cæsim tantum, sed more plane Cyclopicō,  
ex orco revocato, in Academiis Christianis ha-  
ctenus inaudito, sed seculo hoc Martiali à paucis,  
pessimo & truculento exemplo introducto, pun-  
ctim configunt. Qui homines præsidij loco ma-  
gnis sumptibus hic alitos, bombardarum displo-  
sionibus, ipsis legibus Academicis, per se prohi-  
bitis, aliisq; modis turbant: illi hisce operibus o-  
stendunt, quod Spirit. S. gratiose inhabitantem  
non habeant. Atq; ô utinam conventus natio-

nales, aliquandiu temporis in ordinem redacti,  
per Diabolum ejusq; subdelegatos quosdam  
Fiscales, & maleferiatos nonnullos Studiosos,  
non antiquam reciperen crudelitatis formam  
V. G. veniat junior aliquis conditionis, ut nunc  
sunt tempora tenuioris, illi non liberum telin-  
quatur, sicuti initio convenit, dare aliquid po-  
pularibus quantum velit & possit, sed 3. 4. 5. imo  
plures cogitur, cogitur inquam, dare populari-  
bus Imperiales, quos cum dedit, nihil gratiae in  
nonnullis nationibus, no enim loquor de omni-  
bus, insuper habet, sed ut nuper factum esse dici-  
tur in quadam natione, Fiscalis Nobilis, (ita Fis-  
calatus est nobile officium) miserum juniores  
indignis praeterea exagitavit modis, verbera mi-  
natus. In summa omnem bilem profundere vo-  
luit. Cæteri quoq; ejus cooperari non feriati-  
sunt. Homo ille junior omni destitutus solatio,  
non cupid, majora sibi metuens, cum ejusmodi  
amplius conversari hominibus, sed restitutio-  
nen petiit pecunie, quam tamen impetrare non  
potuit. Sed quia Dominos illos in suâ nequitia  
turbare voluit, id præmij reportavit, ut præsen-  
tibus popularibus, in æde Sacra congregatis, ab il-  
lorum consortio fuerit solemniter scil. exclusus.  
Vos quotquot estis, sive nobiles sive ignobiles  
qui similia, in nationibus committitis, cogitate  
Vos non Spiritum S. charitatis, & benignitatis

erga

erga proximū, fidei erga D E U M Ducem sequi, sed  
Spiritum illum, omnis invidiæ & odij erga proximū auctorem, Diabolū scil. imitari. Et estis multis deprædatoribus publicis deteriores, illi enim viatorum pecunia potiti, nihil ulterius damni illis inferunt. Vos verò adeo estis à Diabolo dementati, ut licet contrà septimum præceptum accedentes emungatis pecuniâ, illâ tamen non contenti, personis illis quæ vobis bene faciunt, & plus sæpe dant quam possunt, molestiam. *αἰσχέσην καὶ μωρολογία* additis nonnunquā verberib⁹ creatis, in propriis quandoq; vestris misæis, in quæ ad serviendū vobis vocantur, Colaphos infringitis, & quandoq; per juniores opulentos, ut deinceps eos alliciatis & emungatis, illud fieri, inaudito exemplo, mandatis. Cogitate quanta hæc sint! num talia deceant Studiosos frugi? & in facultate aliqua Candidatos! Illi certè sicuti doctrina alios antecelunt, ita quoq; vitæ integritate aliis præire debent, id ni faciant Sibus similes sunt, qui licet aurea gestent monilia, statim tamen Cœno sese volutant. Ita literatus Studiosus, qui non simul pius erga D E U M, charitatem habens erga proximum, & utramq; virtutem, non in otiosa aliqua Diabolo quoq; competente scientia, sed verâ fiducia erga D E U M, charitate erga proximum, demonstrat, talis in-

quam Sui similis, omnem eruditionem conspurcat. Verè dicit Christus ἐν ταῖς ταῖς δυσὶν ἐν πλαῖσι  
ὅλῃ ὁ νόμος καὶ ὁ περιφῆται κρέμεται. In his duobus præceptis (dilectione erga D E U M , & charitate erga proximum) tota legis moralis summa consistit. Vos itaq; frugi studiosi separate vos ab ejusmodi summa impietate, nolite consortes fieri operum ejusmodi infrugiferorum. Vos enim non sic didicistis Christum, proinde ne mundo huic immundo vos conformetis. Arbor bona fructus bonos profert, putris autem malos fructus facit. Imo ~~adūator~~ arborem bonam fructum malum producere. Considerate itaq; vestros commilitones, eorum actiones inspicite, si qui illorum sunt, qui aliis mittunt chartas provocatorias hac cum appendice, ut hoc pacto honorem scilicet! suum tueantur, nolite vos alios provocando, immiscere rei illicitæ, Diabolum homicidij patrem auctorem habenti. Si quis in Natione videt, quendam juramenti sui oblītum, juniores tanquam hominem liberū durius trātare, pecunia emungere, statim eum objurget, illumq; perjurij admoneat, tum D E U M habebit propitium & magistratū faventem. Quod si quis tacitus sedeat, ac ejusmodi impietatem silentio approbet, tum faciens & consentiens eādem pæna digni, in foro imprimis D E I, habebuntur. Conside-

siderate ô juvenes, ad pietatem & spem posteritatis nati, vestram partim origine consecutam, & bonis literis auctam: partim literis solum partam Nobilitatem. Non certe decet Nobilem scoristica, dedecent bonæ mentis studiosos scurriles ejusmodi actiones. Quas sicuti Deus verè detestatur, & suo tempore satis, credite, credite inquam, vindicabit, ita magistratus est priora sua programmata exsequi, & in convictū exemplū, alijs quod ex usu sit, statuere. Quod vos delinquentes, certò vobis promittite. Cæteri, queis meliore luto finxit præcordia Titan, beneficia generi humano à Deo Clementissimo ubertim collata expendentes, hoc in primis tempore missionis Spirit. S. in corda credentium devotâ mente, beneficium considerabunt, tantum vero id est, ut nullius tantum sit flumen ingenij, nulla dicendi aut scribendi tanta vis aut copia, quæ majestatē & magnitudinem hujus rei satis enarrare possint. Laudent alij congiaria imperatorum, in oculis mundi splendida, nos donum Spiritus, quo infirma hæc natura, templum Dei sit, reliquis omnibus præferemus. priora enim vel pompam solum, aut censore SpirituS. πλάνη φυσικαὶ sapiunt. Donum verò posterius, nos ex filiis iræ & nebrarum, filios Dei constituit. Qui enim Spiritu Dei ducuntur, hi sunt filii Dei Alexander

der M. victoriarum continuatione insolentior  
factus, se ex Deorum sanguine progenitum cen-  
seri voluit. Verum Alexander salvificâ D E I no-  
titiâ destitutus, juxta cor ignorantia, hac in re  
plenum judicavit, & eventu testante, miserè de-  
ceptus est Nobis Christianis, laus D E O, certior  
relicta est *in Deo*. Quotquot enim Christum ve-  
rà fide apprehendunt, illis data est *ex Deo* filios  
D E I fieri, qui non ex voluntate viri, sed ex D E O  
nati sunt. Hæc nostra hisce temporibus debe-  
bant esse vota, hæc hominem Christianum ab  
Ethnico discernunt. Seria harum rerum medita-  
tio, mentem curis humanis exhaustam, reficiunt,  
horum temporum periculis concussam sanant,  
animi sauciati vulneribus medentur. Quid e-  
nim illud sit: *Spiritus S. testatur cum Spiritu nostro*  
*quod simus filii D E I*, id mundo huic planè igno-  
tum, solis verò piis tantum cognitum, qui pro-  
pterea non æstimant pares afflictiones præsentis  
temporis, futuræ gloriæ in nobis revelandæ.  
Christus qui tum gloriam, tūm Spiritum S. abitu  
ad patrem acquisivit, ille quod in nobis cæpit ad  
diem JESU CHRISTI perficiat Amen. P. P. Sub  
Sigillo Rectoratus ipsius Pentecostes  
feriis Anno 1644.

os(O)so



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734814011/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734814011/phys_0011)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734814011/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734814011/phys_0012)


DFG

Ferris per urbem pipu  
Heic disce parvo vieti  
Odiisse luxum. Vivit

Heic famæ hirudo  
Hic Cres, & ore mella  
Fel corde condit, ac Si  
Decipere gaudet nesciu  
Innoxiumq; fraudis &  
Mentem referre discat  
Fraudum involucra pe  
Et pejus angue. regiam  
Nunc ipsa terris Veritu

Qui tumidus arte  
Scientiasque, ne nimis  
Pecudes quod inter vol  
Legis peritos error inf  
Ergo imperitus nemo c  
Audis, ut ipse, qui DE  
Balbutit infans. Cæter  
Pecudum magistros, car  
Sufficere docta debet i  
Sed ista, quæ nos per fid

Ad te redimus, ro  
A quo, perenni ut fon  
Dum tu Redemtor nasc  
Et imperatrix Roma ge  
Altam quietem, bella p  
Sed nos acerba fata Ge  
O statue nostris deniqu  
Fine inque cladi: tutu  
Ferrum omne teneat ir



the scale towards document

ne.  
vibex boni,  
suo,  
oli,  
am.  
rreat,  
n.  
æco sui  
DEUS,  
oi.  
est,  
habes  
mplex genus.  
acit.  
atris,  
iunt bona,  
caput  
nt.  
nt.  
nodum,  
alat,  
labor.

Enfesque